

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Y.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

mentarij in reglam, quod vniuersitate Benedictinæ tabulas interpretatus, Cisterciensis suos in professa virtutis amore generolo succenderet.

*VV*olfgangus huic successerunt alij aliquot eiusdem cœnobij religiosi, virtute & doctrinâ commendabiles, qui doctrinæ suæ varia monumenta reliquerunt: sed ultima Dei vocacione præuenti, operibus suis ultimam manum adhibere nequieuerunt. Eximus D. Caramuel, in epistola dedicatoria i. partis suæ *Theologia Regularis*.

Y.

**Y**sembardus le Toller, Natione Normannus, patriss Rothomagensis, Academias Parisiorum Doctor Theologus, & in gymnasio Sancti

Bernardi sacrarum litterarum interpres fidelissimus. Is ob vitæ integritatem, & multiplicis generis doctrinæ quam pollebat præstantiam, Reuerendo in Christo Patre Nicolao Mascalco, Loci Dei Antistiti dignissimo, ita chancextit, ut hic dignitatem suam Abbatialem ei resignauerit. Reliquit Scriptum quotdam in y, prima carita Genesis.

Edidit quoque *Sermones de tempore, & de Sanctis*, Clarebat apud Bernarditas Parisijs, anno 1509.

Philippus Seguinus in Bibliotheca Cisterciensii M.S. ubi tamen illum vocat Xambardum.

Finis.

## EPISTOLÆ

## VENERABILIS PHILIPPI

ABBATIS DE ELEEMOSYNNA,

Quondam (sub Sancto Patre Bernardo) Prioris Clarævallensis.

Ex antiquo M.S. codice Abbatiæ S. Amandi, in Belgio, nunc primum  
in lucem productæ.Accesserunt Epistolæ 3. Eugenij Papæ III. ex eodem codice  
defumptæ.

## AD LECTOREM.

**Q**uis, & qualis fuerit hic Philippus Abbas Eleemosynæ, videre Lector poterit supra in hac Bibliotheca, verbo, *Philippus Eleemosyna Abbas*. Est autem Abbatiæ de Eleemosynâ, celebre Ordinis Cisterciensis monasterium, Diœcesis Carnotensis, anno 1121. à Theobaldo Campaniæ & Blesæ Comite fundatum, ut vi-

dere est apud Longelinum, in Notijs Abbatiarum Ordinis nostri; & Angelum Martinique, in annalibus Cisterc. ad eundem annum.

Porrò, Authorum sequentium epistolatum fuisse Abbatem huius Cœnobij de Eleemosyna, & non Bonæ Spei. Ordinis Præmonstratensis, clare convincitur ex ipsis epistolis: pat-